

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Archiwum Archidiecezjalnego w Gnieźnie, sygn. 104, k. 104–105v

Odczyt: Maciej Mikuła, *Prawo miejskie magdeburskie (Ius municipale Magdeburgense)*

w Polsce XIV – pocz. XVI w. Studium o ewolucji i adaptacji prawa, Kraków 2018, s. 336

Artykuł 61

[61] De armis bellicis et suppel[k. 104v]lectili seminarum et sacerdotum iure ac monachorum.

·LXI· Mulier pro armis bellicis gladium mariti et suum runcinum vel dextrarium meliorem sellatum et meliora arma, que habuit pro corpore unius viri, cum decessit in sua potentia, deinde dare debet pulvinar bellicale, hoc est lectum et duo kossina, et duo lintheamina, et unum mensale, et duas pelves, unum manuterium. Hec sunt universalia bellica arma. Sed tamen aliqui homines diversa apponunt, que tamen ad ea non pertinent, sed quitquit ex hiis nomina[/]tis mulier non habuerit, <^{ad a}> hoc, quod det, compelli non potest, si iuramento probaverit pro qualibet re per se. Si vir ostendere patenter poterit, ibi vir nec mulier per iuramentum evadere potest. Ubi duo aut tres ad una bellica arma nati fuerint, senior recipit gladium pro se et cetera divident inter se equaliter. Et ubi pupilli annos pubertatis nondum attigerint, et eorum senior agnatus recipit arma bellica solus, et in eis tutor est puerorum quoisque ad annos discretionis pervenerint, extunc ipsis reddere tenetur et in super omnia ipsorum [k. 105] bona, nisi rationem fecerit eis, quo ea ad eorum profectum converterit, aut per spolium aut per apparens infortunium et absque sua voluntate amiserit. Ipse eciam {eciam} est vidue tutor, quoisque maritum ducet, si paris condicionis sibi fuerit. Post arma bellica mulier vite provisionem recipere potest et alia omnia, que ad suppellectilia pertinent, hoc sunt omnes oves et auce, ciste cum elevatis tecturis, omnia strata pulvinaria, kossina, linteamina mensalia, pelves, manuteria, lucibula, kandelabra, semen linii et linum, et omnia muliebria vestimenta, annuli et brachialia et crinalia, [/] psalteria et omnes libri, in quibus mulieres legere consueverunt, qui ad Dei cultum pertinent, sedilia ac scrinia, tapecia, dorsalia, vela tectoria, balneamina et omnia pepla, et alia ornamenta capitis muliebria, hoc est, quod ad femine spectat supellectile. Et ad hoc diversa sunt clenodia †sui^b†, que ad suppellectilia pertinent, singulariter ea non nomino, sicut sunt seticule, pectenes, forpices, specula. Sed tela non incisa, nec aurum, nec argentum non textum non pertinet ad feminas. Et quitquit extra prenominata in rebus inventum fuerit, pertinet ad [k. 105v] heredes. Si aliquit ex hiis obligatum fuerit circa vitam viri, qui mortuus est, exemet, si vult, ad quem de iure pertinet. Sacerdos dividet cum fratre, sed non qui monachus est. Si^c puer in annis pubertatis religionem intraverit, bene potest exire, si vult, intra annos et ius observat feodale et terrestre. Sin autem vir, qui dum annos^d pubertatis inplevit, religionem intraverit, hic se a iure terrestri ac feodali alienavit, et sua feoda vacant, quia scutum bellicum

resignavit. Quod hoc possit protestari per eos, cum quibus similem vitam visus est suscepisse.

^a na razurze, ręka pisarza innego niż autor podstawy; ^b podkropkowane (skreślone); ^c w rękopisie niewłaściwie Sic; ^d w rękopisie annnos

[hasła: hergewet, gerada, kobieta, miecz, koń, mąż, przysięga, pełnoletniość, lata sprawne, pupil, dobra, opiekun, wdowa, równy stanem, klejnot, srebro, złoto, zobowiązanie, kapłan, mnich, transakcja, lenno]